



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt V. Ex Concilio (a) Carthaginensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

## In Librum III. Decretalium;

nutrire, & non deponere apud alias nationes gloriosum fuit; dimittere autem, & deponere tristissimum: contra vero apud alias gentes deponere, & tondere comam latius argumentum erat, ut robustus Alex. ab Alex. lib. 1. dier. genial. cap. 16. & lib. 3. cap. 27. Hadrianus Jun. lib. 2. de coma, Lælius Bifciola lib. 7. horar. suces. cap. 5. Unde votum illud non dimittendi comam, vel barbam, nisi devictis hostibus, refert Paulus Vvamfridus de gestu Longobard. lib. 3. ibi: *Milie quoque Saxonum quibus bello superfuerant, devoverant, senique barbam, nec capillos incusuros.* Notavit Jornandes in notis ad ipsum.

**8.** Ex supra traditis accipit lucem textus in cap. si vero 4. de sent. excom. ubi docetur, manus violentas inferentem in clericum comam nutritientem, non incidere in excommunicationem latam in can. si quis suadente 17. quod. 4. quia comam nutritre alienum est a clericali statu: quare recte Alexander III. ibi statuit, percutientem hujusmodi clericum, justam ignorantia causam habuisse, ob eamque exulari a predicta excommunicatione docuerunt Covar. in cap. alma. 1. p. 9. 10. num. 15. Azor lib. 5. instit. cap. 20. in fine,

Anguanus lib. 4. de legibus, controv. 4. Gibalitus de censur. fol. 285. & 464.

Deinde ex supra traditis exponendus est tex-  
tus in cap. 21. 6. Synodi, in illis verbis: *Qui Cano-intelligitur  
nivorum quidem criminum rei facti; & propterea  
perfecta, ac perpetua depositioni subiecti, in lacorum  
locum derusi sunt, si quidem ad conversionem sua  
sponte resistentes peccatum delent, propter quod a  
gratia exciderunt, & ab eo se penitus alienos effici-  
unt, clericici habitu tonsurantur: si autem non sua  
sponte hoc elegiunt, comam sciri laici nutriant, nipo-  
te qui mandanant, seu sacrilegam conversationem  
vitae ecclesi preposuerint.* In quibus verbis facile  
exprimitur, quam alienum sit ab statu clericali co-  
mam nutritre, siquidem in illis casibus, in quibus  
a Patribus Ecclesiis ob graviora crimina clerici  
deponuntur, & ad laicalem statum rediguntur,  
jubetur, ut comam nutritant, quia in illis casibus  
potius ut laici, quam ut ministri Ecclesiæ incedunt;  
cum vero delicta ita graviora non  
sunt, nec depositionis penitentia merentur: &  
quia intra gradus Ecclesiasticos remanent, non  
debet tonsuram defetere, ut notavit Balsamon ad  
6. Synodus, in eo canone.

## CAPVT V.

## Ex Concilio (a) Carthaginensi.

**C**lericus nec comam nutrit, nec barbam.

## N O T A E.

**(a)** *C*arthaginensi. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 4. apud Ivonem p. 6. Decreti, cap. 265. Burchardum lib. 3. c. 164. additur cap. 44. sub quo numero reperiuntur verba hujus textus in ipso Concilio, sed non eodem modo: in editione enim Sutii tom. 1. Concil. pag. 514. habetur: *Clericus neque comam nutrit, neque barbam radat, vel tonsuratur.* In Regia editione Parisiensi ita legitur: *Clericus nec comam nutrit, nec barbam.* Vaticanus codex, Veterinus ac Gadenus ita fertur: *Clericus nec comam nutrit, neque barbam radat, ut testatur Sau-  
say in Panopl. cleric. in appendice de barba, cap. 3. Sayarus ad Sidon. lib. 4. epist. 24. verbo Barba prolixia: In Concilio Barchinonensi, can. 1. ita ca-  
vetur: *Ut nullus clericorum comam nutrit, ant  
barbam radat.* Quæ tamen lectio constantior, congruentiorque sit provinciae, ubi, & tempori, in quo celebratum fuit hoc Concilium, infra dicemus.*

## COMMENTARIUM.

**B**arbæ promittendæ, aut resescendæ ratio va-  
ria olim fuit, ac nunc est, multiplexque &  
diversa pro varietate nationum: variis usus  
referunt Lælius Bifciola lib. 7. hor. suces. cap. 5.  
Alex. ab Alex. lib. 1. dierum genial. cap. 16. &  
lib. 3. cap. 27. Cælius Rhodig. lib. 7. antiquit.  
lect. c. 13. Pertiens Valer. in tract. pro barbis sacerd.  
Hothomanus eod. tract. & lib. 1. obs. cap. 19. Sa-  
varus ad Sidon. lib. 4. epist. 13. & 24. Bolqueus  
in not ad Innoc. lib. 1. epist. 97. Melana ad D. Hie-  
ronymum, verbo Barba. Zerda in advers. cap. 154.  
D. Laurent. Ramírez de Prado in Pentecost.

cap. 25. Efrenus tom. 1. dieq. menaf. lib. 5. tract. 9.  
disquis. 3. Hurtado de vero martyrio selt. 3. di-  
gref. 5. fol. 370. Saulay in Panopl. cleric. in appen-  
dice de barbis sacerd. Theoph. Raynaud. tom. 13.  
in tr. laus brevij. cap. 8. fol. 497. & quidem Gra-  
cos barbam promissam aluisse, & primò eam  
tondere solitos, mox rasiss., testis est D. Chry-  
soft. in oratione priori Tarifica 33. ibi: *Barbarum  
primum inventa est tonsura, & videbatur moder-  
atum esse, ne valde promitterentur; nec nimis,  
sed leniter corrigeretur natura, videbatur multis  
strenuus, deinde radebant: que ad genas.* Qui  
tondendi mos tempore Alexandri Magni initium  
habuit, ut Chrysippus apud Athenæum lib. 13.  
cap. 6. refert ibi: *Alexandri temporibus tonsenda  
barba consuetudinem inoleuisse, evocata priore hoc  
fuisse inustitum, cum ibitensis Timothene prolixâ  
barba tibiis instaret.* Probat perdoctus Ramírez  
d. cap. 25. Graeci ergo comam, & barbam alue-  
runt; apud quos Philosophi præcipue barbati  
erant: unde Perius Socratem barbatum Magi-  
strum dixit syl. 4. vers. 1.

Barbatum hoc crede magistrum dicere.  
Prudentius contra Symmachum lib. 1. barbatos di-  
xit Sophistas.  
*Multiplicia dux demon est, qui parte sinistra  
Centifidum confundit iter, trahit inde Sophistas  
Barbatos.*  
Herodes Atticus apud Gellium lib. 9. cap. 2. ait:  
Video barbam & pallium, Philofophum non video.  
Lactantius de falsa sapient. cap. 24. Maximum itaq;  
argumentum est, Philofophiam neque sapientiam  
estendere, neque ipsam esse sapientiam, quod myste-  
rium eius barbatum celebratur. Unde in hos  
barbatos facetē Poëta Graecus lusit:  
*Si promissa facit sapientem barba, quid obstat  
Barbas posse quin caper esse, Plato?*  
Hebræos

Hebreos promissa barba incessuisse colligitur ex prius præscribitur de barba tondenda his verbis: *Quando primò clericis barba tondentur, decidebat Pontifice sedente cum mitra, antiphona Sicut regna Hermon, Psalmus 132. Ecce quā bonum. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Reperitur tota antiphona, quā finitā Pontifex deposita mitra surgit, & stans versus ad clericū dicit: Oremus, Deum cuius providentia omnis creatura clementis adulta conga- det, preces nostras super hunc famulatum tuum juvenilis status decore lactantem, & primis annis suis attundendum exaudi, ut in omnibus protectionis tua munitus anxiilo, a quoque largiore provelius, cælestem benedictionem accipiat, & praesentis vita præsidus gandeat. Per D. N. &c. Hæc eadem oratio reperitur in veteri Romano ordine, & in libro Sacrament. Sancti Gregorii; & ex euchologio seu rituali Graeco refert Saulay in panopli. cleric. in append. de barba, cap. 2. Eudem motet à Latinis receptum adstruunt Nicolaus Pontifex epist. 70. P. Damianus lib. 1. epist. 15. ibi: Ecclesia planè quoque Rectores, quibus præsummunt hu- ius rei cura debuisse incumbere, tanto mundana ver- tigine quotiescèr rotantur impulsi, ut à secularibus barba rasa quidem dividat, sed actio non discernat. Et inter leges Nortumbrensis, 34. est: Si presbyter barbam, vel tamam radere neglexerit, compensato. Graeci vero barbam nutritiebant, nec tonderebant; quo de more sibi invito Graeci calumniam struer ante annos ferè 800. aduersus Latinum Ecclesiam non erubuerunt, ut constat ex epistola Nicolai I. ad Hinematum, ubi cau- fasinvidit, & odii Graecorum erga Latinos re- fersens, ait: *Quin & reprehendere satagent, quia penes nos clerici barbas radere suas non abnunt. Michaël Corularius P. C. in epist. ad P. Antioch. Patriarch. apud Baronium tom. 9. anno 1054. num. 33. ibi: Quapropter illos Romanos omnino averari necesse est; & quia quidem Iudeorum more peragant, talia sunt, ut error qui illa tribuitur de azymo, & quod suffocatum edunt, & barbam rā- dunt. Christ. Lupus ad cas. 8. Synod. Constant. column. 8.**

*Sed ut ad mores Christianorum pervenia- mus, si de primævo eorum more sermo sit, non dubium est, quin Christus Dominus barbam non raserit, ut probavi in capite antecedenti; & ejus Vicarium D. Petrum barbam aliisse, refert Nicephorus lib. 1. cap. 40. ibi: Petrus quidem auctoritas corporis statu fruīt, sed qua aliquando effeterior; facit subpallidam & albam admodum; capillacapiti, & barba cripi, & densi. De sancto Pauli Apostolo idem refert Nicephorus lib. 2. cap. 37. ibi: *Barba densor, & satis promissa, eaque non minus quam capitum coma, canis etiam responja erat. Etiam vetulæ priorum Pontificum ima- gines barbare, pilisque mento herentibus in- lligentes cernuntur, Clementis videlicet, Evaristi, Alexandri, Telephori, Dionysi, Sylvestri, Damasi, Gelasii, & aliorum usque ad Anice- tum, tom. 2. Bullarii, & apud Ciaconium; ab Aniceto tamen, & deinceps cooperunt Pontifi- ces, & Ecclesiæ Latinae Episcopi, ac clerici bar- bam non solius tondere, verum & radere; & ita apud ipsos Cherubinum, & Ciaconium cernuntur icones Pontificum absque barba: & Gregorius VII. lib. 8. epist. 10. ad Oscurum judicem Cardinatum, ait, quod totius occidentalis Ec- clesiæ clerici barbam radendi jam pridem morem tenunt: & in Gallicana Ecclesiæ morem hunc radendi barbam viguisse testis est Sidonius lib. 4. epist. 13. ubi clericos coronâ decoros, & barbâ rasos fuisse commenmit his verbis: *Enim vero vestitus astricta, tensus coturnus, crinis in rote speci- men acciso, barba intra rugarum latebras morsa, ad cuncta secta forcibus.* Unde Concilium Bitu- ricele in can. 7 tonsuram ecclesiasticam vocat, hoc est, barbam rafam, & coronam in capite. De aliis Ecclesiæ idem probat Othomanus de barbi sacerd. & in Pontifical. Roman. titus pro-**

prius præscribitur de barba tondenda his verbis: *Quando primò clericis barba tondentur, decidebat Pontifice sedente cum mitra, antiphona Sicut regna Hermon, Psalmus 132. Ecce quā bonum. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. Reperitur tota antiphona, quā finitā Pontifex deposita mitra surgit, & stans versus ad clericū dicit: Oremus, Deum cuius providentia omnis creatura clementis adulta conga- det, preces nostras super hunc famulatum tuum juvenilis status decore lactantem, & primis annis suis attundendum exaudi, ut in omnibus protectionis tua munitus anxiilo, a quoque largiore provelius, cælestem benedictionem accipiat, & praesentis vita præsidus gandeat. Per D. N. &c. Hæc eadem oratio reperitur in veteri Romano ordine, & in libro Sacrament. Sancti Gregorii; & ex euchologio seu rituali Graeco refert Saulay in panopli. cleric. in append. de barba, cap. 2. Eudem motet à Latinis receptum adstruunt Nicolaus Pontifex epist. 70. P. Damianus lib. 1. epist. 15. ibi: Ecclesia planè quoque Rectores, quibus præsummunt hu- ius rei cura debuisse incumbere, tanto mundana ver- tigine quotiescèr rotantur impulsi, ut à secularibus barba rasa quidem dividat, sed actio non discernat. Et inter leges Nortumbrensis, 34. est: Si presbyter barbam, vel tamam radere neglexerit, compensato. Graeci vero barbam nutritiebant, nec tonderebant; quo de more sibi invito Graeci calumniam struer ante annos ferè 800. aduersus Latinum Ecclesiam non erubuerunt, ut constat ex epistola Nicolai I. ad Hinematum, ubi cau- fasinvidit, & odii Graecorum erga Latinos re- fersens, ait: *Quin & reprehendere satagent, quia penes nos clerici barbas radere suas non abnunt. Michaël Corularius P. C. in epist. ad P. Antioch. Patriarch. apud Baronium tom. 9. anno 1054. num. 33. ibi: Quapropter illos Romanos omnino averari necesse est; & quia quidem Iudeorum more peragant, talia sunt, ut error qui illa tribuitur de azymo, & quod suffocatum edunt, & barbam rā- dunt. Christ. Lupus ad cas. 8. Synod. Constant. column. 8.**

Cut autem diversa in his esset agendi ratio, causam assignat Baronius anno 58. quod in Oriente tam Judei, quam Graeci barbatu*re* incep- derent, idemque Christianos inter ipsos de- gentes factitasse: in Occidente vero, & præfer- tum Romæ, cum ii, qui matutioris erant ritus, tanquam quoddam nobilitatis insigne, ut refert A. Gel. lib. 3. no. 7. cap. 4. radere barbam conve- nissent, Christiani Romæ agentes, ut à ceteris non distarent, rasa quidem incedebant barba. Romanorum autem consuetudinem imitatos esse cate- ros orbis Occidentalib[us] fideles jam super probavi. Accedit, nam cum barba abrasio, ant nutritio, non sit à natura instituta, sed adiaphorū quid, & indifferens, tam Graeci, quam Latini peculiariis rationibus moti poterunt barbam di- mittere, aut radere. Pro Graecis faciebat decoris ratio juxta D. Augustinum lib. 22. de civitate dei, cap. 24. ibi: *Sunt vero quedam ut postea in corpo- re, ut tantummodo decorum habeant, non etiam usum; sicut habet pectus virile manillas, sicut fa- cies barbam; quam non esse munimento, sed virili or- namento, indicant pure facies femininarum, quas uti- que infirmiores viri, muniri inueniunt convenire. Ovi- dius lib. 13. Metamorph.*

*Plum atque volucres, ovibus sua lana decori- est.*

*Barba viro, hirtaque decent in corpore seta.*

Con-

## In Librum III. Decretalium,

Contentit Athenaeus lib. 13. *dynosophi*. ubi refert, Diogenem dixisse cuidam habenti mentum ramum : Nunquid naturam accusas, quod te virum, non autem mulierem fecerit ? Hinc etiam Divus Hieronymus in cap. 5. *Ezechielis*, ait : *Barba virilitatis indicium est.* Hac quoque de causa putat Pater Roa lib. 4. singul. cap. 3. haec voce, barbam, cum duplicatione usum fuisse Psalmistam *Psal. 132*. ibi : *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Et Artemidorus ait, filios tantum ornamenti patribus afferre, quantum ori barba decoris addit. Latini etiam in hoc ritu radendi barbam rationibus non distiuntur. Primo quia pilorum, & capillorum tonsio designat nos ad perfectionis summum pertinere. D. Gregorius lib. 2. moral. cap. 3. Secundo facit antiqua Ecclesia constitutum ; unde Gregorius VII. in epist. ad Jacobum Caralit. jubet, ut clericos suos omnes barbam radere cogaret, idque ex majorum consuetudine. Itaque non est ratio, quare usum nutritri barbam apud Graecos, aut radendi apud Latinos condemnemus; multa enim pro locorum, vel horum diversitate variantur ; nec tamen propter hoc ab Ecclesia Catholica pace, atque unitate aliquando discessum est, ut a Firmilianus in epist. ad Cyprianum ; & in proposito Ceolfridus in epist. ad Nazianum R. pictorum, ibi : *Vero si proficeri nobis liberum est, quia tonsura discrimen non novat, quibus pura in Deum fides, & charitas in proximum sincera est, maximè cum nunquam Paribus calobicos, sicut de Pascha, vel fidei diversitate conflictus, ita etiam de tonsura differentia legatur aliqua esse controversia.* In Hispania vero nostra Barchinonensi provincia ratione barbam aliquando prohibitum fuisse, confat ex Concilio Barchinonensi can. 3. ibi : *Ut nullus clericus comam nutrit, aut barbam radat.*

<sup>3.</sup> Exponitur  
præsentis  
textus,  
in codicibus Vaticano, Sancti Victoris, & Gaden-  
sensi : *Neque barbam radas ; referri debet ad  
usum Orientalis Ecclesiæ, in qua mos inoleverat  
non radendi barbam ; & si adhuc retineatur le-  
gio Suriæ : Nec comam nutrit, nec barbam, sed rá-  
dat, vel tondereat, aliter expoundus est, si pridie ob-  
servemus, canonem istum editum fuisse propter  
Eutychitarum, & Massiliianorum hereticorum  
sectas; hi enim negantes, operandum esse mani-  
bus propriis, intonsi prolixam comam, ac bar-  
bam alebant, ut testatur Epiphanius hæresi 80.  
& sanctus Augustinus de opere monach. cap. 31.  
eos facet describens inter alia ait : *Et in hoc  
quod quasdam aperie contra precepta Apostoli cona-  
ri, an ita vacandum est, ut nec tonsores operentur ?  
an quia Evangelicas voluntates imitari se dicunt, qua-  
si depilaritatem, ne volare non possint. Unde Patres  
Concil. Carthag. statuerunt, barbam esse tonden-  
dam, etiam retentâ vulgari lectione, nec barbam**

radant. Dici potest, Ecclesiam nunquam prohibuita tonsionem barbae, sed eam nimis proli-  
xam nutritre, aut ad cutem usque radere. Ulisse in  
cap. clericu. & hoc tit. tantum jubetur tonsio comæ  
& barbae; sed mediocrem barbam esse alendam  
dicitur, quod ad imitationem Christi Domini,  
& ejus Vicarii B. Petri plures R. E. Præfules fe-  
cisse, refert Saulay in panop. sacerd. cap. 3. De me-  
diocri barba, & hanc mediocritatem barba esse  
observandam, statutum legimus in Concilio  
Mediolan. sub Sancto Carolo, anno 1563, sub  
titulo, *de clericorum vestitu*, ibi : *Presbyteri,  
Diaconi, Subdiaconi, caterique clerici clericali  
tonsura sint insigniti ad formam, quam ratio unus-  
cuusque ordinis Episcopi arbitrio possebat ; ita  
sint abrasi capilli, ut tonsura conspicua sit omnibus ;  
comam vero & barbam ne studiosè nutritant, capillis  
simplicem cultum adhibeant ; barba ita à superiori  
labro recidatur, ut pile in sacrificio Missæ Christi  
Domini corpus & sanguinem sumentem non impe-  
diant. Rhotomag. anno 1581. à Cardinale de  
Borbонio celebrato, ibi : *Omnes ne revocemus  
ad modestiam, hortamus, & præcipimus, ut tonsu-  
ram in capite, & coronam habeant suis ordinibus  
congruentem, & honestè rasam ; nec barbam aliam  
ministerio altaria indecoram.* Rhemeni habitu à  
Ludovico Cardinali à Guisa anno 1583. tit. de  
Clericis, ibi : *Ut à superiori labore ob sacra commu-  
nionis reverentiam barbam tondeant, vel radant ;  
infra vero gerant clericali modestia congruent. Syna-  
odo Aquensis sub Alexandro Archiprete, tit. de  
vit. & honest. cleric. Comam & barbam ne studiosè  
nutritant, capillis simplicem cultum adhibeant. Pres-  
byteri barbam habeant ad superioris labrum ita inci-  
sam, ut sumentibus Christi sanguinem nullum affe-  
rat impedimentum, atque tam ipsi, quam reliqui  
omnes ab omni parte nullo pecto pilos intortos, aut  
mento in acutum incisos, produclosve, more nutritant  
militari. Sic & Synodus Burdigalensis anno  
1614. convocata à Francisco Cardinale de Sour-  
dis, illius Sedi Archiepiscopo, codem titulo  
de vita & honest. cleric. num. 4. cap. 13. cavit :  
*Omnibus Ecclesiasticis nostra provincia, cuiuscumq[ue]  
dignitas, status, & conditionis existant, injun-  
git, ut iis vestimenta, qua ab ultimo provinciali  
sibi prescribantur, incedant induit, coronam cler-  
icalem gestant, ne sit præterea illis capillatura im-  
paruerit attonita, non superioris labii barba arte elab-  
orata assurgat. Referunt Saulay in d. append. cap.  
final. Coriolanus in addit. ad summat. Quam  
barbae mediocritatem observant Hispani no-  
stra tam Episcopi, quam clerici, juxta præ-  
dictas canonicas sanctorum : in aliis vero pro-  
vinciis aliter observari reperio à sacerdoti-  
bus, quorum ut iura non extinximus, ita va-  
rios usus, quos lectantur, non impetrimus ; ima-  
mò illæsos cuique manere peroptamus, cum  
Prætore ultrò profitentes, *Uti possidetis, ita po-  
sideritis.****

CAPUT